

scalum non semel lites inter episcopum et superiores regulares coram tribunali reipublicae venetae ducebantur, et exinde plures decisiones latae fuerunt ex quibus nunc videmus conditionem parochiarum a presbyteris saecularibus tunc temporis administratarum. Etenim, episcopus poterat multiplicare cooperatores, qui tamen dependentes esse debuerant a parochis Franciscanis;⁷² item ipsi tantum provisorie administrare poterant designatas partes parochiae cum fixa residentia, usque dum pp. guardiani suos religiosos iterum praesentare poterunt.⁷³ Parochiae saeculares in territorio novae deditionis hujus dioecesis institui poterant solum casu, quo ipsi fideles desiderarent parochum saecularem loco religiosi et postquam auctoritas publica huic desiderio satisfieri decreverit.⁷⁴ Solummodo unum casum hujusmodi institutionis invenimus de a. 1747 pro villis Ravča Kljenak et Kokorić, Poljica et Krivodol, ubi populi desiderium fraude obtentum reipublicae praesentatum fuit sicque licentia obtenta, sed postea veritate contraria demonstrata ipse senatus venetus primum decretum de institutione hujus parochiae et illius de Poljica cum Krivodol annullavit praecipiens, ut loco presbyterorum saecularium Franciscani in posse-

makarske, annis 1937—1939 fere in unoquoque numero. Auctor absque ulteriori inquisitione in omnibus casibus hujusmodi excessivae enervationis parochiarum regularium exhibet notitias partis contrariae religionis.

⁷² Decretum anni 1736 de die 5 Januarii, cum explicatione ejusdem de die 5 Augusti a. 1736, scilicet: «È vero che V. S. ha ordinato, che monsignor vescovo provveda le vaste parrocchiali di coadjutori, ma non ad arbitrio con rendere simili coadjutori indipendenti da parrochi»; vel decretum de a. 1747, die 27 Maji: «...esser' debba incarico del suo zelo e della sua prudenza... assegnare, ove trovasse necessario, cooperatori in sollievo de soliti parrochi, da questi però dipendenti». Marković, Le parrocchie, 101, 104, 107.

⁷³ Decretum de a. 1736: «Nei casi eventuali di morte o di remore, che s' interponessero alle presentazioni de' guardiani, e d'altre cagioni, che per avventura nascessero, resti giusto al predetto decreto 1708 la facoltà a monsignor vescovo di valersi *provisionalmente* di quegli altri cooperatori apostolici, che giudicherà per sua prudenza capaci alla direzione delle coscienze, per sino alla presentazione di altro religioso, che sarà per farne il guardiano». Arch. con. Zaoštrog, v. Benemerenze, f. 25; Marković, Le parrocchie, 101—102.

⁷⁴ Decretum de a. 1714 et 1736. Ibidem, 98, 102.